

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.

QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS

QUAESTIO XXI

Rédigée de la même façon que les précédentes¹, la question XXI est conçue en ces termes: *Utrum habitus dicatur proprie de Deo et realiter.*

Quatorze arguments sont fournis pour montrer qu'on doit y répondre dans un sens positif et un autre pour prouver le contraire.

Pour établir le texte nous nous sommes servis surtout des manuscrits B.N et T, comme pour les questions précédentes.

Le texte couvre en B (Bordeaux, Bibliothèque de la Ville *ms.* 167) les feuillets 64^{vo}-69^{vo}, en N (Naples, Biblioteca Nazionale *ms.* VII C 4) les feuillets 56^a-58^a, en P (Padoue, Bibliothèque de l'Université *ms.* 2006) ff. 33^{vo}.35^b, en R (Rome, Bibliotheca Angelica *ms.* 213) ff. 85^a-89^b, et en T (Toulouse, Bibliothèque de la Ville *ms.* 56) les ff. 162^{vo}a-165^{vo}b.

Conservé intégralement dans les cinq manuscrits, le texte s'est augmenté de quelques notes explicatives en B et en N², tandis qu'on rencontre de nombreuses omissions en B. Dans la plupart des cas, ces dernières ont été comblées par un correcteur ou par un lecteur attentif (B1), qui a ajouté dans la marge les mots manquants.

Pour les références aux auteurs cités nous renvoyons aux éditions habituelles³.

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. *Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. Augustiniana* 38 (1988), 67-98; *Quaestio XIX. Ib.* 39 (1989), 154-185; *Quaestio XX. Ib.* 42 (1992), 351-378.

² Voir les notes aux lignes 124; 240; 315; 343; 555.

³ ALGAZEL, *Algazel's Metaphysics. A mediaeval translation.* ed. J.T. MUCKLE C.S.B., Toronto 1933. ARCHITAS: voir *Simplicius. ARISTOTELES, Aristotelis omnia quae extant opera ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea ... Commentarii.* Ed. Venetiis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. I, IV, etc. AUGUSTINUS, *De Trinitate* — PL 42/CCL 50; *De civitate Dei* — PL 41/CCL 47. AVERROES: voir *Aristotelis omnia ... opera.* BOETHIUS, *De Trinitate* — PL 64; *In Librum de Categoriis Aristotelis* — PL 64. JOHANNES DAMASCENUS, *Dialectica* — PG 94. Glossa: *Petri Lombardi Collectanea in omnes D. Pauli Apostoli Epistolas* — PL 192. *Liber de Causis.* ed. A. PATTIN O.M.I., Leuven, s.d. *Liber Sex Principiorum:* voir *Aristotelis omnia opera.* Vol. I pars 1. SIMPLICIUS, *Commentaire sur les Catégories d'Aristote.* ed. A. PATTIN O.M.I., vol. II, Leiden 1975.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XXI

Quaestio est: Utrum habitus dicatur proprie de Deo et realiter.

- (1) Et videtur quod sic. Habitus enim est unum de decem primis praedicamentis. Sed esse primum principium est perfectionis; quare proprie dicitur habitus de Deo.
- 5 (2) Praeterea, illud quod convenit nobilissimae creaturae, videtur convenire Deo proprie. Sed habitus est huiusmodi. Convenit enim homini qui est nobilissima creaturarum, et non creaturis irrationabilibus; quare convenit Deo proprie.
- (3) Praeterea, cui convenit propria ratio habitus, ei convenit habitus ipse.
- 10 Sed Deo convenit propria ratio habitus; ergo et cetera. Probatio Minoris. Secundum Damascenum, in Logica sua, habere est substantia circa substantiam sive contineat sive contineatur, et non esse partem rei. Sed creatura quae est substantia, est circa Deum qui est substantia, quia est ex ipso et continetur ab eo, nec est creatura pars Dei.
- 15 (4) Praeterea, in V Metaphysicae, ubi Philosophus distinguit modos ipsius habere, primum modum esse dicit quod illud dicitur habere aliud, quod secundum suum impetum ducit aliud, et ponit exemplum ut tyranni civitates et induti vestimentum. Sed secundum exemplum pertinet evidenter ad habere quod est praedicamentum; quare similiter et primum exem-
- 20 plum, ex quo ad eundem modum pertinet. Sed proprie dicitur quod Deus, tamquam omnium princeps, habet mundum sicut rex civitatem, quia ipse maxime ducit omnia secundum suum impetum. Ergo, habere proprie dicitur de Deo, etiam ut est speciale praedicamentum.
- (5) Praeterea, secundum Philosophum, V Metaphysicae, habitus est
- 25 tamquam actio quaedam habentis et habiti, cui respondet sicut passio ipsum habere. Sed actio proprie dicitur de Deo; quare et habitus.
- (6) Praeterea, quia Respondens dicit quod habitus non dicitur de Deo proprie, quia de ratione habitus est mutua dependentia habentis et habiti, arguebatur contra hoc, quia praedicamenta quantum ad suas rationes im-
- 30 permixta sunt. Sed mutua dependentia pertinet ad propriam rationem rela-

1 (de Deo) et om. N	6 convenit om. T	12 (substantiam) sive lect. inc. N	13
(substantia) est om. B	14 eo/ipso N	17 tyranni/tyranpni T (ac ita deinceps)	18
civitates/civitatis BT	(civitates) et om. T	19 (evidenter) ad/aliud B	quare/quia T
et ante similiter BN	21 tamquam/tam T		

11. Dialectica cap. LV; LXII; PG 94,642 C, 654 A.

15. Vol. VIII 135 D; Bekker 1023^a.

24. Vol. VIII 133 D; Bekker 1023^a.

tionis cuius proprietas est dici ad convertentiam. Ergo non convenit habi-
tui.

(7) Praeterea, quia Respondens dicebat quod proprium est habitus esse in pluribus, et ideo dicit mutuam dependentiam, scilicet continentis et contenti, non quod habitus importet mutuam dependentiam hanc sed characterizatur ab ea, arguebatur contra hoc.

Si habitus est in pluribus, vel est in uno ut in subiecto, in alio ut in termino, et hoc est commune habitui omni et respectui, vel est in utroque ut in subiecto et ut in termino, quod non potest intelligi de uno respectu numero, sicut nec relatio una est in pluribus ut in subiecto nec ut in termino, cum unum accidens non sit in diversis substantiis.

Si ergo habitus sit in utroque ut in subiecto et in termino, tunc habitus continet duos respectus. Sed hoc non est, quia solus respectus relativus est conversivus, non autem alii, tum quia secundum Philosophum habitus est medium habentis et habiti, et sic unus respectus est, nec etiam verum est quod characterizatur ab hac mutua dependentia continentis et contenti, quia haec mutua dependentia est relativa. Unus autem respectus non est character alterius. Ergo, et cetera.

(8) Praeterea, dato quod de ratione habitus sit mutua dependentia, adhuc videtur quod proprie possit dici de Deo. Nam dependentia non repugnat Deo, cum in eo sit dependentia relativa vel etiam dependentia attributorum a creaturis, ex qua dependentia accipitur eorum distinctio.

(9) Praeterea, ad hoc quod aliquid conveniat Deo proprie, non oportet quod conveniat ei omnibus modis quibus convenit creaturae nec quantum ad omnia secundum quae convenit creaturae, sed sufficit quod aliquo modo et quantum ad aliqua. Sed habitus convenit Deo secundum aliquae quae sunt de ratione ipsius. Nam de ratione habitus est quod applicetur habenti et sit extra substantiam eius. Deus applicat sibi omnem creatam substantiam quae est extra ipsum. Ergo dicitur de ipso proprie.

(10) Praeterea, Deus dicitur proprie dives. Sed haec praedicatio, scilicet esse divitem, non videtur esse alterius praedicamenti, nisi praedicamenti habitus. Ergo, et cetera.

(11) Praeterea, Deus dicitur proprie omnia possidens. Sed hoc pertinet ad praedicamentum habitus; quod patet per Boetium, De Trinitate, qui ponens

34 (pluribus) et *om.* B 37 (pluribus) vel/hoc B 42 (et) in *om.* BN 45 (respectus) est *om.* BN 47 (quia haec) mutua dependentia *om.* BN 49 (habitus) sit *om.* BN 51 (cum) in *om.* B 58 (et) sit/sic B 63 proprie post possidens 64 quod patet per ... quomodo habitus *corr.* B1; *om.* B; *add.* et B

65 exemplum quomodo habitus dicitur de Deo, dicit quod habere dicitur de Deo quia est cuncta possidens. Ergo, et cetera.

(12) Praeterea, in illo est habitus quod indiget aliquibus. Quod patet, quia, ut quidam dicunt, ideo habitus convenit specialiter homini quia indiget speciali conservatore prae aliis animalibus, quia non habet a natura vestimenta et arma sicut alia animalia. Sed Deus indiget aliquibus aliis a se, scilicet creaturis, quia non esset Deus nisi essent creaturae ut possibiles; et hoc modo sunt aliae a Deo. Ergo, et cetera.

(13) Praeterea, proprium habitus est esse in pluribus secundum Auctorem Sex Principiorum. Sed Deus est in omnibus creaturis intime. Ergo, et cetera.

(14) Praeterea, magis vel minus importat imperfectionem figura quam habitus. Sed de Deo dicitur figura proprie, Ad Hebraeos I «qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius». Ergo, et habitus dicitur de Deo proprie.

80 In contrarium arguitur quia habitus est accidens et dicit dependentiam; ergo non dicitur de Deo proprie.

Quod etiam confirmatur auctoritate Augustini, V De Trinitate, qui dicit quod habitus non dicitur proprie de Deo.

85 Respondeo dicendum quod nomen habitus est valde commune et multis modis dicitur. Licet autem quaestio quaerat absolute de habitu et generaliter, tamen intentio quaestionis praecipue versatur circa habitum secundum quod est unum de decem praedicamentis.

90 In quaestione igitur proposita est procedendum hoc ordine:

I Primo enim videndum est breviter quot modis dicitur habitus.

II Secundo videndum erit an omnes illi modi pertineant ad praedicamentum habitus vel aliquis illorum et quis.

III Tertio videndum est quid pertinet ad rationem habitus, prout est
95 unum praedicamentum. Ex quo melius patebit quis modus habitus facit

65 (de Deo) dicit/dicitur B 69 conservatore/conservatione B aliis animalibus/omnibus aliis B 70 sicut alia animalia om. B 71 (scilicet) creaturis/Deus B (esset) Deus om. T 73 est om. B 76 vel add. non BN 78 (Ergo) et om. B 82 proprie ante de Deo BN 84 proprie post de Deo BN 87 quaestio/quod B 90 est add. sic BN procedendum add. et BN 91 breviter om. B habitus add. et breviter B 92 erit/est B 94 (videndum) est om. T

73. Vol. I pars 1, 66^oG.

77. Hebr. I,3.

83. cap. VIII(9); PL 42,917; CCL 50(1) 215,216.

praedicamentum, et etiam quomodo habitus distinguitur ab aliis praedicamentis cum quibus videtur habere convenientiam.

IV Quarto ex his erit videndum an habitus dicatur de Deo proprie vel non, et etiam an realiter.

100 I Quantum igitur ad primum sciendum est quod habitus dupliciter dicitur.

Uno modo dicitur habitus qui coniungatur cum habere, idest qui se habet ad habere ut abstractum ad concretum, quae dicuntur coniugata, sicut
105 acceptio cum accipere et lectio cum legere; et de hoc modo dicit Philosophus, in V Metaphysicae, quod est quaedam actio tamquam habentis et habiti. Hoc autem secundum similitudinem est intelligendum; non quod habitus sit actio, sed quod actio est intermedia et inter faciens et factum. Sic habitus est intermedius habentis et habiti. Hinc est quod habere significatur
110 per modum actionis et habet sibi oppositum, haberi per modum passionis significatur; et hinc est quod habitus specialiter dicitur actio habentis et habiti. Nam esse medium inter duo convenit omni habitui, quia omnis habitudo est in pluribus, licet non eodem modo. Sed habere, quia significatur per modum actionis, dicitur specialiter sicut actio habentis et habiti.

115 Licet autem habitus sit medium duorum, non tamen eodem modo comparatur ad habens et ad habitum, sicut nec actio eodem modo comparatur ad faciens et ad factum, sed ad unum sicut ad subiectum, ad aliud sicut ad principium activum.

Quare habere autem magis significatur ut actio quam ubi vel quando
120 vel situs, patebit infra.

Addit autem Philosophus ibi quod habitus non habetur per alium habitum. Sicut enim non accipimus acceptionem, sic nec habemus habitum, alias procederetur in infinitum. Sic etiam relatio non refertur alia relatione, nec actio alia actione media. Hic est igitur unus modus habitus.

125 Alio modo dicitur habitus dispositio permanens, sicut dicimus virtu-

101 sciendum est/est dicendum B; est *om.* N 103 (habitus) qui/quae T; cum BN coniungatur/coniunguntur BN se *add.* se B 105 (et) de *om.* T dicit Philosophus/dicitur habitus BN 108 est/sit BN 109 Hoc autem ... et habiti *om.* B 110 (haberi) per modum *om.* BN 113 est *post* in pluribus B 115 autem/enim B 116 (habens et) ad *om.* N 117 subiectum/speciem B; *add.* et BN 122 (enim) non/nec T (sic) nec *om.* T habitum *om.* T 123 procederetur *post* infinitum BNR 125 habitus *add.* sicut BN virtutem vel scientiam/scientiam vel virtutem BN

106. Vol. VIII, 133 D; Bekker 1022^b.

120. I. 497 sqq.; I. 556 sqq.

121. Vol. VIII, 133 D; Bekker 1022^b, 1023^a.

tem vel scientiam esse habitum.

Hi autem duo modi differunt. Primo quia primus modus est generalior et ad plura praedicamenta pertinet, cum contineat sub se plures modos, ut statim patebit. Secundus autem specialior, quia pertinet ad unum
130 praedicamentum, est una species qualitatis.

Secundo differunt quia habitus primo modo dicitur absolute ad habere; secundus autem modus dicitur ex eo quod est esse habilem, vel si dicitur quod ad habere, non tamen absolute. Sed ab habendo firmiter quia illud dicitur maxime haberi quod habetur firmiter et permanenter. Ideo
135 dispositio permanens dicta est habitus.

Unde et huiusmodi habitus, si dicatur ad habere absolute, comprehenditur sub primo modo, cuius unus modus est habere qualitatem aliquam. Unde hoc modo habitus convenit cuilibet qualitati.

Tertio differunt quia habitui secundo modo opponitur contrarius
140 habitus, ut virtuti malitia. Habitui autem primo modo opponitur privatio. Unde habitus, qui est altera pars oppositionis, quae dicitur privativa, est habitus primo modo sumptus et convenit prout dicitur absolute et generaliter ab habendo.

Sed omisso secundo modo, prosequendum est de primo, qui magis
145 facit ad propositum.

Habitus vero qui ab habere dicitur et ipsum habere dicitur multis modis, ut patet per Philosophum circa finem Libri Praedicamentorum et in V Metaphysicae. In Praedicamentis enim ponit octo modos.

Primus est habere qualitatem aliquam, ut scientiam vel virtutem vel
150 calorem vel figuram vel positionem.

Secundus est habere quantitatem, ut magnitudinem bicubitalem.

Tertius est habere aliquid circa corpus totum, ut vestem, vel fere circa totum, quia circa maiorem partem quae sumitur ut totum.

Quartus est habere aliquid in parte corporis, sicut monilia circa col-
155 lum et anulum in digito.

Quintus est habere partes, ut homo dicitur habere manus et pedes.

127 modus *om.* BN 128 sub/substantiae B 132 habilem/habile N 133 ad/ab BN; quod ad T tamen/est BN 134 firmiter quia ... quod habetur *om.* BN 139 Tertio/Secundo BN 141 (altera) pars *om.* N quae/qui T 142 convenit/communiter BN 144 omisso/obmisso N (prosequendum) est *om.* T 146 vero *om.* BN (qui) ab/ad BN 149 vel virtutem *om.* BN 150 calorem/colorem BN 151 bicubitalem/cubitalem B; bicubiullem T 152 fere/fore BN 153 circa *corr.* B1; *lect. inc.* B 155 (collum) et/ut BN

148. Vol. I pars 1, 61 DEF; Bekker 15^{ab}.

149. Vol. III 133 DE; 135 CD; Bekker 1022^b, 1023^a.

Sextus est prout vas dicitur habere illud quod in eo ponitur, ut amphora vinum et modius frumentum.

Septimus modus est secundum quod quis dicitur habere possessionem, ut domum vel agrum.

Octavus est secundum quod vir dicitur habere uxorem. Sed hic modus est improprius, quia sic habere idem est quod cohabitare. Nam habere, ut dicit Boetius in Commento Praedicamentorum, solet aliquando poni pro habitare, ut dicunt aliqui habere civitatem qui habitant in civitate. Vel dicitur improprius modus, ut dicit Damascenus in Logica sua, quia hic modus convertitur. Non enim magis vir habet uxorem quam uxor virum, sed aequaliter se habent in habendo et alterum alterius non dominator.

Sed an hoc sit verum, potest dici quod quantum ad debitum exigendum aequales sunt; quantum ad alia non. Sed mulier est sub potestate viri, cum sit vir in ratione potior.

Quod autem dicit Damascenus, quod unum alteri non dominator, verum est dominio qui convenit servis. Ideo fecit Deus mulierem de latere, ut insinuetur quod non est viri domina nec ancilla sed socia, tamen per ipsum debet regi; ideo dicitur vir caput mulieris, et cetera.

In V vero Metaphysicae Philosophus aliter assignat modos habitus vel habere, et sufficientius, quia in illis comprehenduntur hi positi in Praedicamentis, ubi agit magis grosse, ibi autem magis certius et diligentius; et ponit quattuor modos generales. Dicit enim quod habere uno modo dicitur ducere aliud secundum suum impetum, ut tyranni dicuntur habere civitates et induti vestimentum. Unde patet quod ad hunc modum reducitur tertius et quartus positorum in Praedicamentis, scilicet habere aliquid circa totum corpus vel in parte, quia homo secundum suum impetum et voluntatem his utitur.

Potest autem aliquo modo adhuc reduci octavus modus, scilicet habere

157 Sextus *add.* modus T 160 vel/et N Septimus ... et agrum *corr.* B1; *om.* B 161 vir *add.* habere B 164 ut/unde B dicunt *add.* unde *lect. inc.* B/dicuntur R in civitate/civitatem N; in civitatem T 165 Damascenus *corr.* B1; *om.* B Logica *mss.* Loyca 166 enim *om.* B magis *post* habet BN 167 se/ideo B et *lect. inc.* B alterius/alteri BN dominator/dominator N 169 quantum *add.* vero BN 172 verum est *add.* de BN fecit/facit T 173 nec/ne N 175 vero/autem BN 176 hi/octo BNP 177 grosse/grosso B 178 Dicit enim *lect. inc.* BNT 180 induti/induci T 182 quia/quod BN 184 autem/tamen B; *add.* et BN scilicet *add.* ad B

162. In librum de Categoriis Aristotelis; PL 64,294 a.

165. Dialectica cap. LXII, PG 94,654 B.

171. Dialectica cap. LXII; PG 94,654 B.

175. Vol. VIII 135 CD; Bekker 1023^a.

185 re uxorem.

Similiter alius septimus reducit ad hunc, scilicet habere possessionem, ut equum vel agrum.

Dicit autem Simplicius quod iuxta hunc modum potest accipi alius modus conversus, quem tamen Philosophus non ponit. Nam civitas dicitur
190 habere tyrannum et possessiones possessorem. Et universaliter illa quae dicuntur secundum impetum alterius, dicuntur habere illa secundum cuius impetum ducuntur; et est idem modus, sed conversus.

Ad hunc primum modum pertinet aliquo modo habere patrem vel filium vel cognatos.

195 Secundo modo dicitur habere sicut materia habet formam, et universaliter perfectibile perfectionem sive substantialem sive accidentalem. Et ad hunc modum reducit primus et secundus positi in Praedicamentis, scilicet habere quantitatem vel qualitatem; sed hic ponitur ulterius, scilicet habere quodcumque accidens vel etiam formam substantialem quae dicitur
200 qualitas substantialis; tamen de illis duobus praecipue dicitur in Praedicamentis quia sunt notiora et dicunt rem. Alia vero dicunt habitudinem et dicuntur habere ratione fundamenti.

Tertio modo dicitur habere sicut continens habet contentum, sive sit separatum, ut locatum a loco, sive coniunctum, ut pars continetur a toto.

205 Unde ad hunc modum pertinent quintus et sextus positi in Praedicamentis, scilicet secundum quod aliquid dicitur habere partes et sicut vas dicitur habere illud quod in eo ponitur.

Quarto modo dicitur habere aliquid aliud quod prohibet ipsum operari vel moveri secundum suum impetum, sicut columnae dicuntur habere
210 pondera superposita, et secundum fabulas Athlas dicitur habere caelum quia tenet eum manibus ne cadat super terram.

Et in isto quarto modo continetur quantum ad aliquid tertius modus, secundum quod continens habet contentum, ut vas vinum, quia prohibet ipsum moveri vel effundi.

215 His modis igitur dicitur habere secundum Philosophum; et si alii inveniuntur in usu loquentium, ad hos possunt aequaliter reduci.

190 possessiones *om.* BN 191 habere *om.* B 193 habere *om.* B 195 materia *om.* TR; quod P 201 et *om.* T 205 sextus *add.* modus T 206 aliquid/aliquis BN 208 modo *om.* T partes et ... dicitur habere *corr.* B1; *om.* B 209 columnae *mss.* columpnae 210 Athlas/Athelas N 211 tenet/continet BN 212 (et) in *om.* T 213 prohibet *add.* id B 214 effundi/diffundi BN 215 et/sed BN 216 in usu/secundum modos B

188. ed. Pattin II, 507.

197. Vol. I pars I, 61 DE; Bekker 15^{ab}.

Et sic patet primum principale, scilicet quot modis dicitur habitus.

Sunt tamen et quidam alii modi quibus utimur in communi sermone,
 220 quia habitus quandoque dicitur modus se habendi vel conversandi, scilicet
 habere vestem. Sed de his omittatur, quia hos non tangit Philosophus, et
 possunt reduci ad dictos aliquo modo.

II Nunc videndum est de secundo principali, scilicet an omnes hi modi
 225 pertineant ad praedicamentum habitus, vel aliquis illorum et quis.

Propter quod sciendum quod circa hoc diversi dicendi modi fuerunt
 apud Antiquos.

Quidam enim dixerunt quod omnes hi modi pertinent ad praedica-
 mentum unum, quod dicitur habitus; qui ex duobus moti sunt.

230 Primo, quia, licet sint diversi modi, tamen in omnibus videtur esse
 una ratio communis, quae est habere aliquid aliud diversum.

Secundo, quia Aristoteles, distinguens hos modos, non separavit
 aliquem modum ex his tamquam speciale praedicamentum. Si enim opi-
 natus fuisset non omnes modos sed aliquem esse praedicamentum, sepa-
 235 rasset illum ab aliis; quod non fecit.

Sed iste modus dicendi non est conveniens propter tria.

Primo, quia, licet habere dicatur de omnibus modis praedictis, non
 pure aequivoce sed analogice, sicut et alia nomina multipliciter dicta quae
 distinguuntur in V Metaphysicae. Tamen haec analogia multum est distans
 240 et excedens rationem generis unius. Nam et ens dicitur analogice, et acci-
 dens de novem praedicamentis, nec tamen dicuntur genera vel praedica-
 menta.

Secundo, quia, sicut dicit Philosophus in V, tot modis dicitur aliquid
 esse in alio, quot etiam et habere, non autem omnes modi essendi aliquid
 245 in aliquo faciunt speciale praedicamentum, sed solum aliqui, ut esse in

217 primum/secundum B scilicet quot ... habitus *om.* B 219 (utimur) in *om.* B
 220 quandoque/quando T conversandi *add.* dicitur etiam habitus cultus vestium et hoc
 derivatur ab uno dictorum modorum BN scilicet/sicut P 221 omittatur/obmittatur
 BN 224 Nunc *add.* autem BN 225 quis/quid B 226 dicendi *post* fuerint BN
 228 pertinent/pertineant T praedicamentum *add.* habitus T 231 aliud *add.* ergo B
 238 (sicut) et *om.* BN nomina *add.* vel T (dicta) quae *om.* B 239 Metaphysicae
om. T 240 rationem/rationis N 241 (novem) praedicamentis *om.* BN 244
 (etiam) et *om.* B 245 aliquo/aliquod B

239. Vol. VIII 135 CD; Bekker 1023^a.

243. Vol. VIII 135 CD; Bekker 1023^a.

loco et in tempore; cuius ratio supra fuit tacta, et iam statim tangetur. Quare nec omnes modi habitus faciunt praedicamentum.

Tertio, quia quidam dictorum modorum habitus evidenter pertinent ad alia praedicamenta, ut habere qualitatem ad qualitatem pertinet, quia
 250 habere scientiam nihil est aliud quam esse scientem. Esse autem scientem non dicit aliquid aliud a scientia et subiecto scientiae.

De aliis etiam modis pluribus potest similiter dici, ut patebit infra. Non igitur praedictus modus dicendi est conveniens secundum se.

Motiva etiam huius opinionis non sunt sufficientia.

255 Quod enim dicitur primo, quod in omnibus est una communis ratio, dicendum est quod similiter in omnibus entibus est una communis ratio entis. Sed haec una ratio est analogia.

Similiter dicendum in proposito quod, licet sit una ratio, non tamen tanta unitate quanta sufficit ad unitatem praedicamenti.

260 Quod autem ulterius dicitur de Aristotele, dicendum quod hoc est debile. Nam, licet non posuerit in Praedicamentis, dicens quod aliquis horum modorum et non omnes faciunt praedicamentum habitus, non propter hoc est arguendum quod hoc intenderit Aristoteles.

Ut enim dicit Simplicius, tales additiones vel appositiones non sunt
 265 consuetae brevitati Aristotelis.

Quod autem intentio Aristotelis fuit, quod non omnes modi pertinent ad praedicamentum habitus, patet, quia ubicumque exemplificat de habitu, dicit ut vestitum esse vel calciatum esse vel armatum, et huiusmodi.

Et ideo est alius modus dicendi contrarius, scilicet quod nullus ho-
 270 rum modorum facit speciale praedicamentum, sed omnes reducuntur ad alia praedicamenta. Quod patet per singulos. Habere enim qualitatem ad praedicamentum qualitatis pertinet, et habere quantitatem ad praedicamentum quantitatis. Habere autem continens et contentum ad praedicamentum ubi. Habere autem aliquid circa corpus vel in parte vel habere possessio-
 275 nem ad relationem pertinet, quia, sicut possidere ad relationem pertinet quia possessio possessoris possessio, ita habere aliquid circa corpus vel in

246 tacta *add.* quaestione de ubi, articulo secundo BN 248 evidenter *om.* BN 249
 pertinet *om.* BN 250 quam/quod T 255 dicitur *add.* de B communis *om.* B
 256 (dicendum) est *om.* B similiter *post* entibus est BN (una) communis *om.* B
 257 analogia/analogica B 266 Aristotelis fuit/philosophi B 268 vestitum/vestimenti
 N 270 omnes/omnia B 271 patet *post* singulos B 275 pertinet *om.* T

246. Quaestio XVIII,II; *Augustiniana* 38 (1988) 78 sq.

252. voir I. 266 sqq.

261. Vol. I pars 1, 61 DEF; Bekker 15^{ab}.

264. ed. Pattin II, 422.

parte vel ad positionem, quia hoc est sic circumponi. Habere autem totum, partem, etiam ad relationem pertinet, quia pars et totum relative dicuntur.

Habere autem aliquid, quia ducit ipsum secundum suum impetum, ad actionem pertinere videtur. Et ita nullus horum facit speciale praedicamentum, sed inveniuntur in diversis praedicamentis.

Ideoque, ut dicunt, posuit Aristoteles habere inter post-paedicamenta, quia in pluribus praedicamentis reperitur, sicut et alia post-paedicamenta, ut oppositio, motus, prius, simul, et huiusmodi.

Sed hoc non est verum, quia, cum apud omnes praecipuos philosophos sint decem praedicamenta, et inter ea continetur habitus, oportet dicere quod habitus sit distinctum praedicamentum ab aliis, vel ita quod contineat omnes modos dictos vel saltem aliquos. Nec est verum quod omnes illi pertineant ad praedicamenta alia, nam habere vestem vel aliquid circa corpus totum vel partem, non pertinet ad aliud praedicamentum.

Quod autem Aristoteles connumeravit habere inter post-paedicamenta non arguit intentum. Habere enim sumptum universaliter ad omnes illos modos est post-paedicamentum, et sic Aristoteles connumeravit ipsum inter praedicamenta. Sed aliqui illorum modorum faciunt speciale praedicamentum distinctum ab omnibus aliis, ut iam patebit melius.

Et ideo est tertius modus dicendi verior, scilicet quod non omnes dicti modi pertinent ad praedicamentum habitus, sed aliquis vel aliqui illorum.

Qui autem sint illi potest sic breviter videri, per illud quod dictum fuit de modis essendi in.

Quare non omnes faciunt speciale praedicamentum distinctum, quia modi essendi in sumuntur consequenter secundum modos ipsius habere, ut dicit Philosophus in V.

Illi autem modi essendi in non faciunt speciale praedicamentum quando illa sic se habent, quorum unum in alio esse dicitur, quod utrum-

277 parte/tempore BN 278 partem *add.* et cetera BN 280 ita *add.* vero T facit/faciunt B 282 inter post-paedicamenta/post praedicamentum BN; in praedicamenta T 283 pluribus *add.* aliis BN 284 ut/sicut B prius/primi B 285 praecipuos/praecipue N 286 et/ut T continetur/contineatur BN 289 alia *om.* T 291 connumeravit/connumerat BN habere *post* postpraedicamenta *corr.* T 295 praedicamentum *om.* B speciale praedicamentum distinctum/distinctum praedicamentum speciale BN 297 pertinent/pertineant B (aliquis) vel *corr.* B1; *om.* B 299 Qui/quod T 300 Qui autem ... modis essendi *corr.* B1; *om.* B 301 speciale praedicamentum distinctum/distinctum *om.* BNR; distinctum praedicamentum et speciale T 304 in *om.* T

299. Quaestio XVIII,II; *Augustiniana* 38 (1988) 77 sqq.

303. Vol. VIII 135 D; Bekker 1023^a.

que salvat naturam suam, et unum non est pars alterius, et unum non complet aliud et unum non continet aliud vero continetur. Ubi aliquid horum deficit non est speciale praedicamentum; et hoc patet supra in quaestione de ubi.

310 Similiter potest dici de habere, quod omnes illi in quibus illa non se habent ut continens et contentum.

Item, quorum unum complet aliud vel unum est pars alterius, non facit speciale praedicamentum, sed reducuntur in alia praedicamenta, unde habere qualitatem et quantitatem partes; sed ad hoc praedicamentum pertinet habere aliquid extrinsecum quod non sit pars nec forma, nec tamen ad huc omnes modi ad hoc praedicamentum pertinent, sed illi soli qui non possunt ad aliud praedicamentum reduci.

Ponitur autem communiter quod hi sunt solum duo, scilicet habere aliquid circa corpus totum vel in parte; omnes autem alii modi possunt 320 reduci ad alia praedicamenta, ut supra.

Utrum autem hoc sit verum, quod solum hi duo modi pertineant ad praedicamentum habitus, patebit melius in sequenti articulo quaestionis, in quo etiam melius declarabitur quomodo habitus est distinctum praedicamentum.

325 Et sic patet secundum principale.

III Tertio videndum est quid pertinet ad rationem habitus prout est distinctum praedicamentum. Circa quod sciendum quod rationes praedicamentorum non possunt sumi ex prioribus, sed sumuntur ex quibusdam 330 eorum proprietatibus. Proprietates autem ipsius habere, ut est praedicamentum, ab Aristotele non sunt plene traditae, quia de his sex parum tractavit secundum quod praedicamenta sunt.

Auctor etiam Sex Principiorum pauca dixit et satis dubia, sicut et in aliis praedicamentis.

335 Dicit enim de habere quod suscipit magis et minus, quod tamen Sim-

307 vero/nec T; non R 308 supra/similiter BN 310 illa/aliam T 313 facit/faciunt B unde/ut BN 314 (sed) ad om. T 315 (pertinet) habere om. BN pars nec forma/forma nec pars BN 316 ad huc om. BN omnes add. hii BN 321 pertineant/pertinent B 328 (distinctum) praedicamentum om. BN sciendum add. est B 333 Principiorum/paedicamentorum BN satis/facit B; add. dua N 335 (minus) quod/et BN

309. Quaestio XVIII,II; *Augustiniana* 38 (1988) 77 sqq.

320. voir I. 310 sqq.

333. Vol. I pars I, 66 F.

335. ed. Patin II, 508, 509.

plicius negat; immo dicit uno modo differre habitum qui est praedicamentum ab habitu qui est in prima specie qualitatis, per hoc quod habitus qui est qualitas suscipit magis et minus, ille autem qui est praedicamentum non.

340 Sed dato quod esset verum quod dicit ille Auctor, tamen haec proprietas non notificat habitum.

Sic nec habere contrarium, quod etiam ei assignat quia haec conveniunt aliquibus aliis praedicamentis.

Dicit etiam ulterius quod proprium est habitus esse in pluribus. Sed
345 etiam hoc non solum habitui convenit, ut ipse idem dicit. Contingit enim relationi, ut ait, similitudo in pluribus similibus et numero, immo potest dici quod omni habitudini. Omnis enim habitudo est in pluribus, licet non eodem modo, ut saepe dictum est supra. Tamen ipse aliter intelligit quod habitus est in pluribus, scilicet quia est in corpore et in his quae circa
350 corpus, ut in partibus corporis, quia est in diversis partibus corporis. Ponit tamen unam descriptionem, scilicet quod habitus est corporum et eorum quae circa corpus sunt adiacentia, sive circa totum sive circa partes.

Tamen haec descriptio applicat solum unum modum habere ipsius ad habitum qui est praedicamentum, non autem declarat rationem propriam
355 ipsius praedicamenti; et ideo non sufficit, sed oportet plus dicere. Perfectam autem rationem habitus ex diversorum differentiis oportet colligere.

Est igitur sciendum quod secundum Simplicium ex auctoritate Architae propria ratio ipsius habere plura comprehendit.

Primo quidem esse acquisibile et superveniens, idest quod illud quod
360 haberi dicitur sit acquisibile et adveniens, non tamen naturale et connatum. Et ideo habere aliquid connatum, ut membra corporis, vel quaecumque connaturalia et connata rei, ad hoc praedicamentum non pertinet.

Uterius requiritur quod sit aliquid separatum a substantia habentis, scilicet secundum suppositum vel hypostasim. Ideo habere accidentia et
365 etiam partes non pertinet ad hoc praedicamentum. Unde illud quod habetur

336 uno modo *add.* habere T 340 Auctor/Actor B 341 (proprietas) non *om.* T 342 quia/quod BT 345 solum/soli TR enim/etiam BN 348 saepe dictum est supra/supra dictum est saepe BN; *add.* et B 349 quia/quod BN 351 tamen *om.* N descriptionem/descriptionem T 352 sunt *om.* BN; *add.* ex T 356 rationem *add.* ipsius B differentiis/dictis BN 360 (et) adveniens/superveniens BNR 362 hoc *om.* B pertinet/pertinent B 363 habentis/habitus BN 364 ideo/non BN 365 partes/proprietaes B pertinet/pertinent B ad *om.* N; hoc *om.* B

348. voir l. 112 sqq.

357. ed. Pattin II 501, 502.

357. voir Simplicius ed. Pattin II, 501.

oportet quod sit substantia et non accidens, et quod sit substantia per se existens, non autem sicut pars habentis.

Ulterius oportet quod sit aliquid corporeum. Unde habere quamcumque formam non pertinet ad hoc praedicamentum; similiter secundum, si
370 substantia spiritualis esset circa corpus, non facit habere. Unde oportet quod sit quid corporeum, ita quod sit corpus et non sit substantia spiritalis, neque forma corporalis quae uno modo dicitur incorporea, quia non est corpus.

Ulterius requiritur quod sit aliquid circumpositum ei quod habere
375 dicitur. Unde habere possessionem non pertinet ad hoc praedicamentum, quia, licet possessio habeat tres conditiones praedictas, tamen deficit haec quarta, quia non est circumposita. Unde aliud est habere, aliud possidere.

Si quis enim plura vestimenta haberet in camera vel in pertica, quae non portat vel non fert, dicitur quidem illa possidere, non tamen habere.
380 Sed illud dicitur solum habere quod defert, quia illud applicatur et circumponitur corpori. Et ideo, ut dicit Simplicius, habere significat tentionem, idest tenere aliquid. Unde, si quis habet columbas in columbario, dicitur illas possidere, non habere secundum quod est praedicamentum.

Sed tunc dicitur habere columbam, quando eam tenet. Unde et ait
385 quod habere ut est praedicamentum, est quasi medium inter habere possessionem et habere formam aliquam, quia illud quod sic habetur nec est extrinsecum sicut possessio, nec ita intrinsecum sicut forma, sed est aliquid extrinsecum, sed tamen applicatur habenti.

Ulterius requiritur quod sit acquisibile per propriam operationem
390 habentis, ita quod habens per propriam operationem acquirat sibi illud. Et inde est quod in irrationabilibus non habet locum hoc praedicamentum, sed solum in rationabilibus. Sola enim rationabilia proprie agunt; irrationabilia autem magis aguntur.

Item, sola rationabilia acquirunt sibi aliqua exteriora et circumposita
395 vel applicata corpori.

366 et *om.* B 367 autem/quod B 369 similiter/simpliciter N 370 spiritualis *lect. inc.* T 371 sit *add.* circa N Unde habere ... quid corporeum *corr.* B1; *om.* B 372 modo *om.* T incorporea/corporea B 376 deficit/defficit T 377 habere *add.* et BN
378 (vel) in *om.* B 380 defert/differt T 382 columbas/columnas T 386 (et) habere *om.* BN 387 sicut *lect. inc.* T 388 sed tamen applicatur *om.* T 389 Ulterius/Item TR operationem *corr.* B1; rationem B 390 operationem *corr.* B1; rationem B 391 (quod) in *om.* BT 392 (solum) in *corr.* B1; *om.* B enim/autem B
394 rationabilia/rationalia B sibi *corr.* B1; *om.* B 395 corpori *add.* Et hoc forte est ratio quare habere significatur per modum actionis quia per operationem advenit BN

In hac etiam conditione comprehenditur quod illud quod habetur sit in potestate habentis, quod possit eo uti secundum suam virtutem et voluntatem, dum habet illud.

Ex quo magis patet quare hoc praedicamentum est in solis rationalibus, quia ipsa sola habent dominium sui actus.

Unde quinta conditio est acquirens aliquid per propriam operationem cum dominio utendi acquisito; ideo intelligitur operatio libera, et cetera.

Ulterius requiritur quod illud quod acquiritur et habetur sit utile et proficuum acquirenti aliquo modo, vel ad defensionem vel ornatum vel delectationem vel alio modo. Ideo, si aliquid habeatur non propter aliquam utilitatem, huiusmodi non erit proprie habere quod ad hoc praedicamentum pertinet, sed solum erit positio.

Sic et in irrationabilibus huiusmodi circumpositio non est habere, sed simplex positio, cum dictum sit quod in solis rationalibus est. Unde, si vestimentum circumponatur idolo, non erit habitus sed positio.

Similiter, si alicui bruto circumponatur vestimentum, positio erit, non habere secundum quod facit praedicamentum, licet posset esse habere secundum alium modum.

Ulterius, ad habere requiritur quod illud quod habetur sit continens illud quod habere dicitur, ut vestis continet vestitum hominem; et sic de aliis quae haberi dicuntur. Nam eo ipso quod ea quae sic habentur sunt circumposita, videtur quod debeant continere habentia.

Et hoc dicit expresse Commentator, in V Metaphysicae, ubi ait quod respectus huius praedicamenti, qui est habere, conversus est respectui qui est ubi. «Est enim respectus comparisonis inter continens et contentum. Si igitur fuerit <comparatio> continentis ad contentum, erit praedicamentum habitus»; secundum enim hunc contentum dicitur habere continens.

Si autem econverso, erit praedicamentum ubi, secundum quod continens habet contentum. Hoc autem dicit Algazel in primo tractatu Metaphy-

399 quare/quod BNR 401 acquirens/acquirere BN; aliquid *om.* T 402 est acquirens
... acquisito *om.* B acquisito *add.* et N ideo/tunc T 403 acquiritur et habetur/ha-
betur et acquiritur BN 404 (defensionem) vel *add.* ad B ornatum/ornamentum N
405 delectationem/delectionem B 406 utilitatem/proprietatem B 408 (Sic) et *om.*
BN (Sic et) in *om.* B irrationabilibus/rationalibus T 409 dictum sit/factum est
BN 410 idolo *om.* T; *mss.* ydolo 412 posset/possit BN 414 continens *lect. inc.* T
415 vestitum/vestimentum B 416 (aliis) quae/qui B 418 ubi *add.* expresse BNR
419 (praedicamenti) qui/quod BN (conversus) est *add.* huic B 420 comparatio-
nis/compositionis N 423 (praedicamentum) ubi *om.* T

418. text. comm. 28, Vol. VIII 135^o JK.

424. I,1,4. ed. Muckle p. 20.

425 sicae suae, quod habere est comprehendendi ab aliquo quod moveatur ad motum eius, ut capatum, togatum, tunicatum et calciatum esse.

Si enim fuerit comprehendens sed non motum, similiter non erit huius praedicamenti, sicut si posuerit tunicam super capucium, non erit tunicatus. Domus enim comprehendit hominem, sed non movetur motu
430 comprehensi; idem autem videtur esse comprehendere et continere. Ideo secundum ipsum illud quod habetur, debet continere.

Alia vero conditio, qua dicitur quod debet moveri ad motum eius, includitur in eo quod dictum est, quod debet esse applicatum corpori et circumpositum. Sed haec ultima conditio, scilicet quod illud quod habetur
435 debet continere, non est universaliter vera.

Verum est enim quod semper ubi est habitus, oportet esse et continens et contentum. Sed non semper habens est contentum, immo potest etiam esse econverso, scilicet quod habens sit continens, etiam secundum quod habere est speciale praedicamentum. Et hoc patet auctoritate Damasceni et auctoritate Simplicii.
440

Damascenus enim in Logica sua sic dicit. Habere est substantia circa substantiam. Ostendit autem continere et contineri et non esse aliquam partem rei, et continent quidem arma et talia, continetur autem anulus, et si quidem alterum tale parvum. Igitur secundum hoc dictum non semper illud
445 quod habetur est continens, sed aliquando contentum. Tamen sciendum quod exemplum Damasceni videtur habere dubium. Nam anulus videtur continere digitum et partem digiti in qua, licet contineatur a toto digito vel toto corpore quo est minor.

Similiter Simplicius, assignans distinctionem huius praedicamenti, ait
450 quod quaedam sunt circa totum corpus, ut vestimentum, quaedam circa partem, ut anulus. Item, quaedam sunt ad ornatum, quaedam ad protectionem. Item, quaedam operativa ad bellum, quaedam ad pacem. Item, quaedam circumponuntur secundum electionem, ut vestes, quaedam sine electione, ut vincula.

455 Tamen sciendum quod vincula nata sunt etiam circumponi secundum

425 comprehendendi/comprehendi BNR ab corr. B1; om. B 426 (calciatum) esse om. BN 427 fuerit om. N erit/est BNT 428 sicut/situs BN 429 sicut si ... erit tunicatus om. T (sed non) movetur om. BN 430 comprehendere et continere/continere et comprehendere B Ideo add. et T 434 illud quod om. T 435 vera om. B 443 (partem) rei om. T continetur lect. inc. TP 444 secundum om. B semper om. T 451 (quaedam) ad/a B 453 (Item) quaedam/quaes T 455 tamen/tunc T circumponi add. etiam B

441. Dialectica cap. LVI, PG 94,642 CD.

449. ed. Pattin II, 501.

electionem, alias non esset ibi habere quod est praedicamentum.

Item, quaedam per studium. Ultimo dicit quod quaedam tenemus, ut baculum et lanceam, a quibusdam tenemur, ut a calciamentis. Et subdit quod «plurima horum non sunt differentiae ipsius habere, sed ipsius habentis vel eius quod habetur vel modi habendi» sive circumstantiae.

Unde quod totum vel pars habeat vel voluntarie vel involuntarie, vel cum studio vel sine studio, differentiae sunt habentis. Esse autem ad ornatum vel ad defensionem differentiae sunt eius quod habetur. Esse autem in pace vel in bello est circumstantia temporis, quo habetur aliquid et cetera.

Subdit: «tenere vero vel teneri videtur mihi differentiam ipsius habere significare»; secundum hoc igitur continere et contineri sunt differentiae habere, et non unum tantum horum pertinet ad habere, sicut de ratione animalis nec est rationabile, nec irrationabile, sed secundum hoc attenditur differentia in animali.

Ideoque non est verum universaliter quod ubi sit habitus conversus; nam aliquando est respectus qui est ubi, et tamen respectus conversus non est habitus, ut vinum in vase est ubi; sed quod vas habeat vinum non est habitus, ut vinum non est habitus qui est praedicamentum.

Et si dicatur quis respectus est, dicendum quod non est alius respectus quam ubi, tamen significatur modo converso, et praecipue in quantum ad ubi, sequitur habitudo aliqua relativa, quia relatio est in omnibus praedicamentis simpliciter alicubi est respectu habitus, et tamen non est habitus conversus ubi, ut, cum quis habet lanceam, est habitus quia continens habet contentum; non tamen respectus conversus est ubi quod habeat continens contentum, sed est idem respectus, scilicet habitus. Converso tamen modo significatus et significat converso modo, licet sit habitudo non conversiva, vel etiam propter habitudinem relativam quae consequitur habere. Ideo etiam ei correspondet oppositum, si haberi non dicit diversum respectu

457 (per) studium *lect. inc.* N 459 (non) sunt *om.* T 460 vel ... vel/et ... et ed. Pattin 461 (habeat) vel *om.* BN vel involuntarie *om.* T 462 cum studio/custodio T vel sine studio *om.* T autem/aut T 463 differentiae *om.* B 464 et cetera *add.* et R 465 Subdit *om.* BN differentiam/differentia BN 466 secundum/sed BNT continere et contineri/contineri et continere N 467 tantum horum *lect. inc.* B pertinet/partium B 468 (animalis) nec/non B (rationabile) nec/vel B 472 vinum *om.* B; visum *corr.* B1 habeat/ habent B 473 (non) est *corr.* B1; *om.* B 474 (Et) si *om.* B alius/alicius B 475 significatur/significari TR praecipue/precise N 479 habet contentum ... habeat continens *om.* BN 481 significatus et *om.* BN

457. ed. Pattin II, 502.

459. ed. Pattin II, 502.

465. ed. Pattin II, 502.

tum. Unde nec facit aliud praedicamentum haberi ab habere. Sed eundum
 485 tamen diverso modo significatum, vel significatur converso modo propter
 habitudinem relativam quae consequitur habere.

Unde habere quandoque dicit habitudinem contenti ad continens
 tantum, quandoque econverso tantum.

Unde habere non dicit duas habitudines, sicut relatio; sunt enim duae
 490 relationes in duobus relativis. Non sic duo respectus qui sunt in habente et
 habito, sed habitus semper est in habente sicut in subiecto, in habito autem
 ut in termino, non ut in subiecto, et habitus denominat habentem denomi-
 natione intrinseca; denominat autem habitum tantum extrinseca denomi-
 natione, et quasi conversa.

495 Unde dicitur aliquid haberi non ab habitu qui est in habente, vel est
 ista denominatio ratione relationis consequentis, ut dictum est.

Et similiter est dicendum de quando et ubi et positione, quae dicunt
 etiam habitudines non conversivas, quod dicunt unam habitudinem quae
 tamen unum denominat ut subiectum, aliud ut terminum, licet non habea-
 500 mus huiusmodi denominationes in illis sicut in habere vel habitu.

Licet autem habitus semper sit in habente, tamen, quia habens quan-
 doque se habet ut continens, quandoque ut contentus, ideo habitus quan-
 doque est in continente, quandoque in contento.

Item est sciendum quod respectus ipsius habere, quandoque deno-
 505 minatur non solum per hoc quod est haberi, sed etiam per hoc quod est
 habere. Sicut dicitur quod vestis habetur ab homine et habet hominem,
 tamen illud habere non dicit alium respectum qui sit in veste, sed per
 eundem respectum qui est in homine, dicitur homo habere vestem et vestis
 hominem; et tamen in his in quibus habitus attenditur secundum continen-
 510 tiam localem; huiusmodi denominatio magis solet fieri per haberi quam
 per habere, et magis proprie fit.

In his autem in quibus habitus attenditur secundum continentiam
 virtutis, ut possessor dicitur habere possessionem et tyrannus civitatem;

483 correspondet/correspondent T 484 diversum respectum. Unde *om.* BN aliud/ad
 B (haberi) ab *corr.* B1; ad B 487 continens/contentum BN 489 habere/haberi N
 sicut/situs NTR 495 (non) ab *om.* RT habente *add.* sicut res dicitur sciri non a
 scientia quae sit in ipsa BN 497 (similiter) est *om.* BN dicendum *add.* quod B
 ubi et *add.* de B 498 (conversivas) quod/quae BN 500 (habere) vel/et B 502
 contentus/contentum BN 505 denominatur *post* non solum BN 506 quod vestis *om.*
 T habetur ab homine et habet hominem/habet hominem et habetur ab homine B 507
 (illud) habere *om.* B alium/aliam T 509 habitus *om.* B 513 tyrannus/tyrampus
 T

huiusmodi denominatio extrinseca termini potest fieri per habere et per
515 haberi.

Unde dicitur quod possessio habetur a domino, et quod habet domi-
nium. Sed utrumque dicitur non per habitum qui sit in possessione, sed in
domino; et similiter civitas habetur a tyranno et habet tyrannum. Tamen
hoc quod dictum est de conversiva denominatione in habere, debet dici
520 infra, circa finem huius tertii articuli principalis, ubi dicitur de habere
quomodo sumi potest communius, et cetera.

Sic ergo patet quae et quot sunt illa quae pertinent ad propriam
rationem ipsius habitus; quae, si vera sunt, videtur sequi statim una dubi-
tatio, scilicet quod habitus non sit praedicamentum vel generalissimum,
525 quia habitus secundum conditiones praetactas valde per paucas extenditur,
quia solum ad corpora acquisibilia et circumposita corpori, et ad rationabi-
lia secundum corpus, et ad ea quae circa corpus; generalissimum autem
debet non in paucis sed in multis inveniri.

Sed ad hoc respondet Simplicius, dicens quod, licet ad pauca se
530 extendat, «non propter hoc sequitur quod non» sit «genus; nam et fenix
una existens totam in se ipsa habet speciem». Esse ergo in multis vel in
paucis nihil ad praedicamenti rationem, idest ut aliquid faciat distinctum
praedicamentum; quantumcumque enim sit in paucis, ex quo ad aliud
praedicamentum reduci non potest, distinctum praedicamentum facit.

535 Viso igitur quid pertinet ad rationem habitus, ut est praedicamentum
distinctum, potest patere quomodo per conditiones praedictas separatur
habere ut est praedicamentum ab aliis modis habendi; quod iam patet per
dicta.

Uterius etiam videri potest quomodo separatur ab aliis praedicamen-
540 tis cum quibus videtur habere convenientiam, scilicet cum ubi, ex eo quod
habere attenditur secundum continentiam, sed differt, quia ubi dicitur ter-
minari et contineri a loco. Habere autem dicit acquisitionem et tentionem
per operationem habentis et alia dicta, sive habens contineat sive contineat-
tur.

514 extrinseca *om.* N denominatio *add.* et BN (habere et) per *om.* BN 516
(habetur) a/ad B 517 utrumque/uterque B 518 domino *add.* possidente B 521
potest *om.* T 522 illa *corr.* B1; *om.* B 523 statim *om.* P 525 secundum *add.* quod
B 527 (corpus et) ad *om.* TR 530 non *add.* tamen B 531 fenix una *lect. inc.* T
totam/tota B ipsa *mss.* ipsam 533 enim/tamen BN 537 quod/quia T 539
videri/responderi BN 540 scilicet *om.* TR; videtur enim habere convenientiam BN
543 (habentis) et/ad T contineat sive contineatur/contineant sive contineantur N

520. voir l. 632 sqq; l. 658 sqq.

529. ed. Pattin II, 506, 507.

545 Unde, licet aliquando inter aliqua duo concurrat habitudo quae est
ubi et quae est habere, tamen diversa est habitudo.

Similiter videtur habitus habere convenientiam cum positione, quia
dicit aliquid circumpositum illud quod habetur; sed differt quia positio
attenditur per coaptationem partium solum. Habere autem dicit acquisitio-
550 nem et tentionem.

Unde, dato quod habitus non sit nisi in his quae ponuntur, tamen alia
est habitudo habitus et positionis. Licet enim unum praedicamentum aliud
supponat et aliquo modo includat, tamen ratio utriusque distincta est.

Sic enim aliqua qualitas, ut figura, numquam est sine quantitate et in
555 sui definitione cadit quantitas, tamen non est in praedicamento quantitatis.

Item, videtur habitus habere convenientiam cum actione et passione,
quia habere dicit acquisitionem et tentionem, quae sunt actiones; tamen
differunt quia, licet habere sit eius quod est acquisibile, non tamen dicit
ipsam actionem, quae est acquirere, sed respectum quidem consequentem.
560 Tenere vero non dicit actionem, licet significetur per modum actionis. Vel,
dato quod diceret actionem, tantum habetur quod actio est coniuncta ipsi
habere; tamen alia ratio habitudinis est agere quam habere.

Item, videtur habere convenientiam cum relatione, quia habere relati-
ve dicitur ad haberi; etiam quia semper ubi est habitus, ibi est continens et
565 contentum, quae videntur relativa esse.

Et dicendum quod ad hoc quod aliqua habitudo relativa sine dubio
coniuncta est ipsi habitui, sicut et ipsi ubi et quando et situi, non tamen
propter hoc habitus dicit relationem talem. Habitus enim est habitudo non
conversa, sicut alia; quandoque tamen accidit ei ad aliquid, sicut et aliis
570 praedicamentis.

De hoc autem quod est haberi, quid importat, dictum est supra. Un-
de, licet dicat Simplicius quod haberi idem est quod situs, tamen, quia
situs semper est in eo quod continetur, quandoque autem haberi dicitur
illud quod continet, immo ut plurimum, tamen quia dato quod in habitu
575 concurrat situs. Tamen alia est utraque habitudo.

545 aliquando *lect. inc.* B 548 positio/compositio B 550 tentionem/intentionem B
554 quantitate/qualitate BNT (et) in *om.* T 559 consequentem/contingentem N 562
agere quam *om.* T 567 (ipsi) habitui/actui B 568 hoc *add.* ipse BN est *add.* ipsa
BN 569 quandoque *lect. inc.* T sicut et *add.* de BN; *add.* in T 572 dicat/dicatur
T 573 quandoque *expunxit* T

571. voir l. 512 sqq.

572. ed. Pattin II, 502.

Unde, licet idem quod dicitur haberi circumponatur, non tamen ex hoc dicitur haberi quod ponitur, nec ex hoc dicitur poni quod habetur.

Haberi ergo non dicit positionem, nec dicit aliquam habitudinem ad habitum praeter illam quae est in habente, sed denominatur ab illa eadem, 580 vel importat relationem consequentem ipsum habitum, ut supra dictum est.

Sic igitur videtur esse manifestum ex dictis quae et quot requiruntur ad rationem habitus, prout est speciale praedicamentum.

Sed si haec omnia quae dicta sunt requiruntur, nulla difficultas restat 585 in quarto articulo, qui ad quaestionem principaliter pertinet, scilicet an habitus Deo conveniat proprie.

Si enim habitus est aliquorum corporum circumpositorum solum, cum ea quae corporalia sunt secundum quod huiusmodi convenient Deo translativae, sequitur quod habitus translativae dicatur, V De Trinitate capi- 590 tulo octavo.

Sed quia Boetius, in libro De Trinitate, videtur intendere quod proprie dicatur de Deo, immo quod omnia praeter situm et habitum, ideo oportet aliquid amplius dicere circa rationem propriam ipsius habitus.

Est igitur sciendum quod, sicut dictum est, praedicamenta definiri 595 non possunt proprie, sed potest accipi eorum notificatio ex quibusdam proprietatibus ipsorum. Et ideo huiusmodi proprietates dicuntur rationes praedicamentorum vel proprii intellectus eorum, non solum ex una sed ex pluribus proprietatibus notificantur. Nam et in definitione plures proprie- 600 tates ponuntur, sicut substantia notificatur per non esse in subiecto, per hoc quod una et eadem existens est susceptibilis contrariorum, et per alia huiusmodi. Hinc est quod Philosophus post praedicamenta ponit proprie- tates; sic quantitas, quod secundum eam dicuntur inaequales, et huiusmodi.

Est igitur circa huiusmodi notificationes attendendum quod quaedam 605 proprietates sunt magis principales, quaedam minus principales, ut si substantia notificatur per hoc subsistere, et per hoc quod est substare; princi-

579 illam/illa T	denominatur/denominat T	582 prout est/potest esse B	587
circumpositorum/circumscriptorum B	588 cum/tamen B	592 ideo/non BN	
593 (oportet) aliquid <i>om.</i> BN	595 definiri <i>post</i> possunt BN	596 possunt <i>corr.</i>	
B1; <i>om.</i> B	601 eadem <i>add.</i> numero T	602 (hinc) est <i>om.</i> BN	603 inaequa-
les/aequales T	et huiusmodi/et cetera BN	604 Est igitur <i>add.</i> sciendum quod B	
606 notificatur per hoc <i>add.</i> quod est BN	(hoc quod) est <i>om.</i> T		

580. voir l. 487 sqq.

589. cap. VIII (9); PL 42,917; CCL 50(1),215,216.

591. cap. IV, PL 64,1252,1253.

595. voir l. 326 sqq.

palior conditio est subsistere quam substare.

Subsistere est non indigere alio ad sui existentiam; substare est subici alii. Primum est principalius.

610 Item, considerandum quod nihil prohibet alicui convenire proprietatem unam alicuius praedicamenti, non autem aliam. Sed si ei convenit ea quae principalis est, potest dici simpliciter pertinere ad illud praedicamentum. Si autem quae minus principalis, non sic.

Item, si proprietas praedicamenti convenit pluribus, non oportet quod
615 eodem modo et univoce conveniat eis, sed sufficit quod analogice. Unde subsistere convenit substantiae creatae et increatae, sed non univoce; et ideo non dicitur substantia de ipsis ut univocum, sed ut analogum.

Et potest dici quod, ut praedicamentum est, accipiendo praedicamentum ut dicit aliud a genere, ideo praedicamenta, ut saepe dictum est, pos-
620 sunt accipi et stricte et coartate, et large et etiam magis communiter; et hoc dupliciter.

Uno modo, quia quanto plura considerantur in ratione praedicamenti, tanto magis est coartatio, et quanto pauciora, tanto communiora; verbi gratia, si in ratione substantiae consideretur hoc quod est subsistere et hoc
625 quod est substare, est magis coartatum quam si consideretur hoc quod est subsistere tantum.

Alio modo, quia etiam una et eadem proprietas praedicamenti potest accipi vel univoce vel analogice, ut hoc quod est subsistere. Unde omnia illa, quibus convenit univoce, dicuntur esse in uno genere; et illa proprietas
630 univoce sumpta facit unum genus; analogice sumpta facit unum analogum vel unum praedicamentum.

Ex his potest dici ad propositum de habitu quod, cum ex multis conditionibus notificetur, aliquae sunt magis principales, aliquae minus. Nam esse acquisibile, esse separatum a substantia, esse per propriam ope-
635 rationem acquisitum, et esse continens vel contentum principaliter pertinent ad habitum.

Sed quia illud quod habetur sit quid corporeum, quod sit corpori applicatum et corporaliter circumpositum, quod etiam sit ad utilitatem habentis, vel sunt minus principales. Et ideo habitus potest considerari vel
640 ut includit omnes vel principales, quae solae salvant praedicamentum,

609 alii/aliis BN

610 alicui/alteri BN

615 (eis, sed) sufficit quod *om.* BN

616 conveniat eis ... non univoce *corr.* B1; *om.* B

618 (praedicamentum) est *om.* T

620 et *ante* possunt BN

etiam *om.* BN

623 coartatio/coactatio T

625 considere-

tur/consideratur BN

(quod) est *om.* T

626 et hoc quod est ... quod est subsistere

om. B

630 sumpta *om.* BN

634 (acquisibile) esse/est BN

propriam *om.* T

635 pertinent/pertinet BN

637 habetur *add.* etiam B

corpori/corpus T

639 (ha-

bentis) vel *add.* ut B

habitus *add.* habitus T

etiam si non adsint minus principales; et primo modo accipitur magis coar-
tate, secundo magis generaliter.

Item, haec conditio, quae est continere vel contineri, potest accipi vel
univoce vel analogice. Continere enim, ut supra dictum fuit, in quaestione
645 de ubi, dicit excessum et terminationem. Sed haec possunt accipi vel se-
cundum quantitatem molis vel secundum quantitatem virtutis. Continere
ergo univoce dicitur de his quae continent secundum quantitatem molis;
analogice autem de utraque continentia.

Unde, si consideretur solum continentia quantitativa in habitu, sic
650 accipitur magis coartate; si vero utraque continentia, sic accipitur magis
analogice.

Nunc autem videtur quod ad praedicamentum habitus sufficiant illae
conditiones principales quae dictae sunt.

Item, quod in praedicamento habitus utraque continentia considerari
655 possit, scilicet quantitativa sive situialis et etiam virtualis. Dicitur autem
aliud continere virtualiter quando est in potestate ipsius. Quod autem sic
generaliter possit accipi praedicamentum habitus patet multipliciter.

Primo, auctoritate Damasceni qui in Logica sua tractans de habitu,
dicit quod habere est substantia circa substantiam; non dicit corpus circa
660 corpus. Unde videtur quod non requiratur ad habere circumpositio et coap-
tatio corporis ad corpus.

Uterius assignans differentias ipsius habere dicit quod differentiae
ipsius habere fiunt secundum differentiam entium. Vel enim animatum est
vel inanimatum; et animatum quidem habere debet ut puerum vel equum;
665 inanimatum autem ut anulum vel calciamentum.

Et ne aliquis credat quod illae differentiae sint ipsius habere prout
est praedicamentum, subdit: dicitur autem habere et de multis significatis
aequivoce, de quibus post dicemus.

641 adsint/sint BN accipitur *om.* T 644 univoce vel analogice/analogice vel univoce
B 645 excessum/expressum N 647 univoce dicitur de his/de his dicitur univoce
BN continent/continetur N 649 in habitu *add.* in habitu T 650 magis/solum BN
652 sufficient/sufficiunt BN; *add.* solum B 655 scilicet/sive B situialis/spiritualis
N autem *om.* B 656 (est) in *om.* T 657 patet/potest accipi BN 658 qui *add.*
ponit BN tractans *lect. inc.* N 659 (habere) est *om.* BN 660 non *om.*
BN 663 dicit quod differentiae ipsius habere *om.* BN 665 autem *corr.* B1; *om.*
B 667 (prout) est/esse B 668 post/potius B; *lect. inc.* T dicemus/diceretur
B; dicitur N

644. voir Quaestio XVIII,III; *Augustiniana* 38 (1988) 82.

658. *Dialectica* cap. LVI; PG 94,642 C.

667. cap. LVI; PG 94,643 A.

Unde patet quod hic loquitur de habitu secundum quod est praedi-
670 camentum.

Secundum ergo intentionem Damasceni, etiam habere possessionem
pertinet ad hoc praedicamentum. Unde illud habere non oportet quod sit
circa habens secundum circumpositionem, sed sufficit quod secundum
continentiam virtualem.

675 Hoc idem patet auctoritate Boetii ubi volens explicare quomodo
habere dicitur de Deo, quod Deus est cuncta possidens.

Item, hoc patet per Philosophum, V Metaphysicae, ubi, distinguens
habere, dicit primum modum esse ducere aliud secundum suum impetum,
et exemplificat, ut tyranni dicuntur habere civitates et induti vestimentum.

680 Sic ergo vestimentum dicitur haberi magis ex eo quod ducitur secun-
dum impetum vestimenti, quam ex eo quod circumponitur. Unde continen-
tia virtualis potior est in acceptione huius praedicamenti quam situalis.

Hoc etiam patet sic. Dictum est quod communiter ponitur quod habe-
re, ut est praedicamentum, est in solo rationabili. Huius enim ratio assigna-
685 tur a quibusdam ex eo quod homo indiget speciali conservatione. Alia
quidem animalia et res naturales habent sibi a natura praevisa quae sunt
eis necessaria. Non sic homo, sed acquirit ea per directionem rationis et
ministerio manuum. Ideo proprie convenit ei habere.

Sed credo quod causa magis propria potest accipi ex supra dictis,
690 quia illud quod habetur hoc modo, oportet esse acquisitum per propriam
operationem et habere dominium utendi acquisito. Et quia sola rationabilia,
cum sint libera, habent dominium sui actus, ideo sola rationabilia dicuntur
sic habere; et non solum homo, sed et omnia rationabilia. Et ita, ex parte
eius in quo invenitur habere, patet quod praecipua conditio ipsius habere
695 est, quod illud quod haberi dicitur, dicatur secundum impetum habentis. Et
hoc est continentia virtutis.

Ubiunque ergo salvantur principales conditiones habere, ibi potest
dici proprie habere, etiam si non adsint aliae conditiones minus principa-
les. Unde secundum hoc possidere est habere.

671 etiam *om.* BN 672 pertinet/partium B habere/quod habetur B; quod habet N
673 circumpositionem *add.* corporalem BN 675 quomodo/quo T 676 cuncta *lect.*
inc. T 678 aliud/alium N 680 sic/si T ducitur/dicitur N 684 (habere) ut/non T
(praedicamentum) est *om.* BN 685 assignatur/assignat N speciali/spirituali BN
687 eis/ei BN directionem *lect. inc.* T 689 credo/credimus BN 693 (sed) et *om.*
BN et ita *lect. inc.* B 697 salvantur/salvatur T 698 proprie habere etiam si/et BN

675. De Trinitate cap. IV; PL 64,1253 B.

677. Vol. VIII 135 C; Bekker 23^a.

689. voir l. 374 sqq; l. 539 sqq.

700 Et si dicitur quod pertinet ad relationem, dicendum quod ipsum
habere consequitur aliqua relatio, quae tamen est alia habitudo ab ipso
habere.

Et sic patet tertium principale; quo viso satis potest faciliter patere
quartum.

705

IV Est ergo quarto videndum an habitus dicatur de Deo proprie.

Licet autem intentio quaestionis praecipue sit de habitu qui est prae-
dicamentum, tamen potest breviter dici de omnibus modis habitus an di-
cantur de Deo. Habitus enim qui est in praedicamento qualitatis, dicitur de
710 ipso secundum quod dicit aliquid permanens, quia hoc perfectionis est; in
quantum autem est perfectibile per aliud, scilicet per actum, non dicitur.
Unde sapientia et scientia et huiusmodi non solum secundum proprias
rationes speciei dicuntur de Deo, immo etiam in quantum habitus dicit
permanentiam, quod videtur principaliter significare, vel etiam dicitur de
715 Deo prout dicit dispositionem secundum quam bene disponitur aliquid vel
male, vel secundum se vel in comparatione ad alterum, accipiendo dispo-
sitionem ut communis est ad dispositionem proprie dictam et habitum, non
prout dicit aliquid de facili mobile, ut dividitur contra habitum. Unde patet
quomodo habitus dicitur de Deo secundum quod notificatur in Praedica-
720 mentis et secundum quod notificatur in V Metaphysicae.

De modis autem habitus prout dicitur ab habere, facile patet. Et
primo de modis assignatis in Praedicamentis. Si enim in Deo quantitas et
qualitas proprie, sic dicitur habere proprie quantitatem et qualitatem; habe-
re autem partes improprie dicitur quia Deus partes non habet, nec enim
725 creaturae sunt Dei partes, nec ipse in se partes habet, cum sit impartibilis.

Habere autem sicut locus locatum, eo modo potest dici quo ipse
dicitur locus omnium. Quod quomodo sit, patuit supra in ubi.

700 dicitur/dicatur BN 701 relatio *lect. inc.* B 706 videndum *add.* quod B an
habitus dicatur de Deo proprie/an de Deo dicatur habitus proprie BN 708 dicantur/di-
catur N 710 hoc *add.* est N 711 autem *om.* T 714 principaliter *corr.* B1; *om.* B
715 prout *lect. inc.* N dicit *om.* N bene *post* aliquid B disponitur/dispositio dicit
B 717 (est ad) dispositionem *om.* BN 718 dicit/dici N dividitur *lect. inc.* T
720 in Praedicamentis ... quod notificatur *om.* B 721 ab/aliquid BNR1 722 (in Deo)
add. est BN quantitas et qualitas/qualitas et quantitas B 724 dicitur *om.* T quia/
quod BT partes/partem N 725 nec ipse in se partes habet *om.* T 726
quo/quod BN

719. Vol. I pars 1 DEF; Bekker 15^{ab}.

720. Vol. VIII 135 CD; Bekker 1023^a.

727. Quaestio XVIII,II,IV; *Augustiniana* 38 (1988) 82 sqq, 88 sqq.

Habere autem positionem dicitur proprie, quia omnia sunt eius possessio.

730 Item, habere ut assignatur in Metaphysica, similiter dicendum quod habet, quia omnia ducit secundum suum impetum, sicut subiectum habet formam, proprie dicitur de eo, modo quo intelligimus aliquid ut subiectum, aliquid ut formam, subiectum ut esse, forma ut attributa, tamen sine ulla comparatione, sicut autem continens contentum.

735 Patet similiter quomodo habere aliquid quod prohibet ipsum moveri secundum suum impetum, sic etiam Deus proprie habet aliquid.

Sed nunc specialiter videndum est de habitu qui est praedicamentum.

Et dicendum quod, si accipiat habitus ut includit omnes conditiones supra dictas, sic dicendum quod improprie et translative dicitur de ipso; et sic intendit Augustinus.

Si vero accipiat secundum conditiones principales, sic dicitur de Deo proprie; sic enim dicitur habere creaturas. Salvatur enim ibi prima conditio, scilicet esse acquisibile, quia creaturae dicuntur Deo acquiri, sicut 745 dicitur "populus acquisitionis". Sed haec acquisitio non est ad eius utilitatem sed creaturae. Unde haec conditio est ibi, sed haec non est principalis.

Item, esse separatum a substantia convenit sibi, quia creatura nec pars nec accidens est Dei.

750 Tertia conditio non est quod sit quid corporale tantum, quia non solum corporalia sed spiritualia habet Deus.

Item, quarta, quod sit circumpositum, non habet ibi locum loquendo de circumpositione situati, quod sit acquisitum per propriam operationem cum dominio utendi et conducendi secundum suum impetum. Hoc maxime convenit respectu creaturarum.

755 Similiter quod sit continens, non quidem situatiter sed virtualiter, Deo convenit; hoc est esse in eius potestate.

Et si quis dicat quod hoc est de praedicamento actionis, dictum est

730 in Metaphysica *om.* BN similiter/sic B 732 (dicitur) de *om.* B (intelligimus aliquid) ut *add.* formam T (aliquid) ut *om.* B 736 sic/sicut BN 740 supra dictas/predictas B 742 sic *add.* enim T 743 prima/propria N 745 acquisitio *corr.* B1; *om.* B 746 (conditio) est/videtur esse BN (haec) non *om.* T 748 est/dicitur BN Dei *om.* N 749 conditio *om.* T 750 sed *add.* etiam N 753 hoc/haec conditio BN 754 convenit/componit B 755 quidem/solum BN sed *add.* etiam BN 757 quis/aliquis BN (hoc) est *om.* T

730. Vol. VIII 135 C; Bekker 1023^a.

741. voir l. 587 sqq.

745. 1 Petr. 2,4.

supra quomodo distinguitur ab actione. Secundum hoc ergo proprie dicitur de Deo habitus; et ideo conveniens exemplum inducit Boetius, quod habere dicitur de Deo, quia cuncta possidet. Secundum hoc enim dicitur habere de Deo, secundum quod possidet omnia ducens ea secundum suam voluntatem.

Utrum autem realiter dicatur habere de Deo, dicendum quod, si realiter intelligatur pro eo quod est significare rem, sic de nullo realiter dicitur sicut nec alia praedicamenta quae dicunt habitudinem.

Si vero realiter dividatur contra hoc quod est secundum rationem, sic habitus dicitur de Deo realiter sicut de termino, non autem realiter sicut de subiecto, sicut de aliis habitudinibus Dei ad creaturas dictum est.

Sed hic incidit unum dubium; quoniam haec dicuntur de Deo ut de termino, cum habere et alia quinque praedicamenta dicant habitudinem non conversivam. Unde in relatione sola videtur hoc posse verificari quia dicitur habitudinem conversivam. In eo enim quod habetur non est habitudo quae est habitus, sed in habente.

Si ergo in Deo non est haec habitudo secundum rem, nec in creatura est secundum rem ut in termino.

Et dicendum quod de habere econverso oportet dicere in Deo et in creaturis. In creaturis enim in eo quod habetur est habitus ut in subiecto, et in habente ut in termino; et ideo in Deo habet locum ille modus quem Simplicius ponit. Dicit enim quod non solum tyranni habent civitates, sed econverso civitas habet tyrannum, ut illud dicatur habere quod ducitur secundum impetum illius, sicut creaturae habent Deum ut regem suum et possessorem, et Deus dicitur haberi ab habitu qui realiter est in creaturis.

Sed tamen solemus dicere etiam quod Deus habet. Quod intelligendum est econverso quam sit in creaturis, nec est vis utrum dicatur habere vel haberi, dum modo constat de re quod in ipso non est habitus ut in subiecto.

758 proprie om. BN 764 realiter lect. inc. T (dicatur) habere om. BN 765 (intelligatur) pro om. BN 766 sicut/sic N dicunt/habent BN 767 dividatur/dicatur TP 770 dicuntur/videntur B 775 ergo/enim BN habitudo om. T nec om. BN; nec in om. T; nec in creatura/ut in subiecto B; lect. inc. N 777 (Deo et) in om. BN 779 ideo om. BN 781 tyrannum/tyrannos BN ducitur/dicatur BN 782 illius/ipsius T Deum om. T 786 habere vel haberi/haberi vel habere BN (constat) de/in T

758. voir l. 556 sqq.

759. De Trinitate cap. IV; PL 64,1253 B.

769. voir l. 742 sqq.

780. ed. Pattin II, 507.

Et hoc idem est dicendum de aliis praedicamentis, scilicet actione, ubi et quando, quia secundum quod haec dicuntur de Deo proprie in habitudine ad creaturas, e converso oportet accipere quam in creaturis, ut ubi in creaturis est ut in subiecto, in eo quod in loco; in Deo autem non sic.

Et similiter dicendum de aliis ut potest facile patere propter illud quod dictum est de habitu.

Ex quo patet quam analogice haec dicantur de Deo et de aliis, licet proprie, et quod, licet idem sit quod praedicatur, longe tamen diversus intelligentiae modus in Deo et in creaturis.

1. Ad primum ergo dicendum quod nihil est quod ita improprie dicatur de Deo quin possit dici de ipso proprie sub nomine importante imperfectionem absolute, ut vermis in quantum ens dicitur de Deo proprie.

Similiter in proposito habitus in quantum principium dicitur de Deo proprie, licet quantum ad aliquid, in quantum habitus dicatur proprie, ut supra dictum est.

Vel quod habitus, etiam ut primum principium est, dicitur de Deo improprie, quia habitus est primum principium per modum communis praedicabilis.

Non sic autem Deus. Licet enim a Deo possint quodam modo denominari quaedam extrinseca denominatione, ut in sex dicitur, non tamen dicitur principium praedicabile, sed est principium essendi efficiens exemplar et finis.

2. Ad secundum dicendum quod illud quod convenit nobilissimae creaturae, si non importat simpliciter, sed secundum modum determinatum qui convenit creaturae, non dicitur de Deo proprie.

Unde argumentum non arguit, licet conclusio quantum ad aliquid vera sit, ut dictum est, scilicet quod habitus dicitur proprie, et cetera.

788 actione *add.* et T 789 proprie *om.* BN 790 oportet *add.* eas BN quam/quaer BN
792 facile/faciliter BN 794 quam/quod N analogice/analogico B et de *add.* crea-
turis BN 796 (in Deo) et *om.* T; in *om.* P 799 dici *post* de ipso BN 800 imperfec-
tionem absolute *om.* BN (dicitur) de *om.* B 801 in quantum *add.* primum BN 804
est *ante* primum; *ante* ut T proprie ut supra ... de Deo *om.* B 807 (licet) enim *add.*
Deus B 808 sex *add.* principiis R; dicitur/ostenditur BN 809 dicitur *add.* primum B
praedicabile *post* dicitur B 811 (quod *add.*) illud quod *om.* T; *add.* etiam N; *add.* etiam
post convenit B 812 si non importat *add.* perfectionem BN simpliciter/similiter TP

793. voir l. 327 sqq.

803. voir l. 738 sqq.

808. Vol. VIII, 143^{vo}; Bekker 1025^b.

815. Voir l. 706 sqq.

3-4. Ad tertium dicendum et ad quartum quod veritatem concludunt quantum ad principales conditiones habitus.

5. Ad quintum dicendum quod habitus non est actio, licet significetur ut actio; cuius ratio supra dictum est.

820 Item, sicut actio dicitur proprie de Deo, ita et habitus quantum ad principales conditiones, quae nullam important imperfectionem.

6. Ad sextum dicendum quod habitus secundum propriam rationem non dicit mutuam dependentiam, sed habet annexam dependentiam mutuam; et sic dicebat Respondens.

825 7. Ad septimum dicendum quod primo videndum est quomodo habitus est in pluribus. Et dicendum quod Auctor ille Sex Principiorum non intelligit quod sit in pluribus, quia sit in habente et habito; sed eo modo quo supra exponitur.

Sed dato quod illo modo intelligeretur, non tamen propter hoc sequitur quod dicat mutuam dependentiam, ut argumentum tangit et bene; et verum est quod habitus non dicit habitudinem conversivam; et ideo non dicit mutuam dependentiam secundum quod habitus, sed habet annexam eam.

830 Quod autem dicit Respondens quod habitus licet non dicat mutuam dependentiam, tamen characterizatur ab ea, scilicet a dependentia continentis et contenti, dicendum est quod nihil prohibet unam habitudinem esse characterem alterius et fundamentum. Relatio enim accidit aliquo modo omnibus praedicamentis, etiam his quae dicunt habitudinem; tamen non est dicendum quod relatio sit character alterius alicuius habitudinis praedicabilis, ut aliquorum sex, sed magis econverso. Ideo habitudo relativa continentis et contenti, secundum quod relativa sequitur habitum, non autem est fundamentum habitus. Tamen potest salvari quod characterizat habitum, non quidem sicut fundamentum, sed sicut aliquid consequens, sicut interdum una proprietatum sumitur pro contrariis. Oportet enim habens et habitum
845 se habere ut continens et contentum, non tamen quod semper habens sit contentum, sed potest esse etiam continens, ut supra patet.

8. Ad octavum dicendum quod in Deo nulla est dependentia quae dero-

819 dictum/dicta B 820 proprie *post* de Deo BN 826 Auctor/Actor BN 830
(bene;) et/licet B 832 secundum quod habitus *om.* BN 835 sed habet ... dependen-
tiam *corr.* B1; *om.* B 839 praedicabilis/praedicamentalis B 842 autem est ... habi-
tutum, non *om.* B 843 quidem/tamen BN 846 patet/continet BN

819. voir l. 389 sqq; l. 535 sqq.

828. voir l. 340 sqq.

846. voir l. 285 sqq; l. 414 sqq.

get eius perfectioni.

Est enim duplex dependentia; prima secundum esse, alia secundum
850 habitudinem. Prima in Deo non est, quia ubicumque est talis dependentia,
est vere diversitas, etiam ipse non dependet ex alia natura.

Secunda dependentia est in Deo, quia in ipso realiter est relatio prout
ad personam.

Improprie tamen dicitur in divinis nomen dependentiae, et vitatur a
855 doctoribus ne sit erroris occasio, scilicet ut intelligatur dependentia quae
est ad diversum secundum naturam et secundum esse.

Item, ipse habet habitudinem ad creaturam quae est terminus habitu-
dinis, non subiectum. Quod autem dicitur de attributis, quod dicunt depen-
dentiam, dicendum quod attributa non important dependentiam vel habitu-
860 dinem ad creaturas, licet ex creaturis Deo attribuantur.

Unde nomina, quae important relationem ad creaturas, non dicunt
proprie attributa, quia non significant divinas perfectiones nisi fundamen-
taliter, sed solum Deum esse terminum habitudinis creaturae ad ipsum.

Et quod dicitur quod distinctio eorum accipitur per comparisonem
865 ad creaturas, dicendum quod ab intellectu creato viatore verum est; ab
intellectu autem divino et beatorum utrum sic sit, sunt diversi et oppositi
modi dicendi, de quibus nihil ad praesens.

Sufficit dicere ad praesens quod Deus non dependet a creaturis; quod
habeat habitudinem ad ipsas sicut subiectum habitudinis.

9. Ad nonum dicendum quod potest concedi, modo supra declarato,
quod habitus dicitur proprie de Deo.

10. Ad decimum dicendum quod esse divitem dicitur de Deo proprie,
sed non pertinet ad praedicamentum habitus proprie loquendo. Nam dives
importat per se sufficientiam, scilicet quod sibi sufficiat et alio non indi-
875 geat.

Secundo importat copiam, scilicet quod habeat sic sufficienter quod
abundet et possit aliis communicare.

Neutrum autem horum pertinet ad praedicamentum habitus. Nam per
se sufficientia in Deo non attenditur respectu aliquorum bonorum exteriorio-
880 rum quae ipse possideat, sed respectu eorum quae in eo sunt, scilicet per-

849 alia/secunda BN 852 ipso/eo BN prout *add.* pertinet BN 854 improprie *lect.*
inc. T 855 erroris occasio *lect. inc.* T 856 diversum *add.* et BN 857 quae/quia P
858 non/ut T (dicitur) de *om.* N 863 solum *add.* dicunt BN 864 eorum/ipsorum
BN 866 (sic) sit *om.* BN; sunt/sint B 870 potest *corr.* B1; *om.* B 872 esse/enim
T divitem *lect. inc.* B 874 importat/important T 880 eo/Deo BN

870. voir l. 706 sqq.

fectionum. Habitus autem semper est respectu exteriorum.

Unde verae divitiae sunt illae quae sunt intra, non quae sunt extra, quia eo ipso quod extra sunt deficiunt a ratione divitiarum, quae dicunt sufficientiam, quia per huiusmodi exteriora homo non dicitur sibi sufficiens; ex quo extrinsecis eget.

Unde Augustinus dicit, VII Libro De Civitate Dei capitulo duodecimo, quod sapientes et virtuosus magis sunt dicendi divites quam pecuniosi, ubi assignat differentiam inter pecuniam et divitias.

Similiter communicare aliis non pertinet ad habitum; de eo quod pertinet ad hoc, est esse divitem, dicitur in Libro De Causis.

Primum est dives per se ipsum, ubi in commento tangit duo dicta. Si tamen dives dicatur Deus, quia possidet omnia et quia ducit secundum suam voluntatem, sic pertinet ad habitum et proprie dicitur de ipso, modo supra dicto.

Ad hunc modum potest referri dictum Augustini, libro et capitulo supra dictis, ubi dicit quod Deum recte divitem dicimus, non pecunia sed omnipotentia.

Potest autem hoc quod dicit omnipotentia referri vel ad communicationem, et sic non pertinet ad habitum.

11. Ad undecimum patet quid sit dicendum ex dictis in solutione principali, et cetera.

12. Ad duodecimum dicendum quod hoc magis indicat creaturas indigere Deo, quia sunt in eius potentia, quam econverso Deum indigere creaturis.

Et quod dicitur quod non esset Deus, nisi in eo essent creaturae ut possibiles, dicendum quod hoc non est quia indigeat creaturis, sed quia non esset Deus, nisi haberet potentiam suam a qua et per quam creaturae dicuntur possibiles.

13. Ad decimum tertium dicendum quod illud argumentum arguit quod Deus sit habitus, non quod in eo sit habitus.

881 quae ipse possideat ... respectu exteriorum *om.* B 883 dicunt *add.* habundantiam et BN 884 exteriora *lect. inc.* BN 890 ad hoc *add.* quod B divitem *add.* ut BN 892 tamen *add.* Deus dicatur T quia/quod T 893 sic *add.* proprie B proprie/sic B de *om.* T 895 et capitulo/et cetera BN; *om.* R 896 pecunia/peccunia BN 899 communicationem/convenientiam N ad habitum *add.* vel quia omnia ducit secundum suam voluntatem, et sic pertinet ad habitum, et cetera BN 900 solutione/quaestione BN principali/praesenti B 904 esset/esse B 905 quia/ quod B

886. PL 41,204; CCL 47,196.

890. cap. XX(XXI) ed. Pattin 92,93.

894. voir l. 706 sqq; l. 764 sqq.

895. voir l. 886 sq.

910 Item, non solum habitui, sed aliis convenit esse in pluribus ut numero.

Item, aliter est habitus in pluribus et Deus habitus ut accidens et diversus habitus in diversis partibus; sed Deus est in omnibus non sicut accidens, nec sicut diversus in diversis, sed idem et totus.

915 14. Ad decimum quartum dicendum quod figura secundum quod dicitur quae termino vel terminis clauditur, sic non dicitur proprie de Deo; et sic non sumitur ab Apostolo. Sed sumitur ibi figura pro caractere vel imagine. Unde figura, sicut et imago, dicit originem, distinctionem, assimilationem, manifestationem, ut patet per Glosam.

910 sed *add.* etiam B 913 Deus *om.* BN (omnibus) non *om.* N 914 (nec) sicut *om.* BN 916 (et) sic *om.* N 918 distinctionem *add.* et BN assimilationem *add.* et BN

919. PL 192,403,404.